Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36642
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

non mulier compatri suo aut filio spirituali uxor esse
non potest. Filius quoque commatrem patris ut filiam spiritua
lem uxorem habere prohibetur, et similiter filia compatrem
matris sue aut filio spirituali uxor esse non potest. In
concilio tiburiensi conceditur ut homo defuncto
compatre suo uxorem illius ducat, si commater non est.
Quod si uerum est, similiter mulier defuncta cum
matre sua uiro illius nubere potest, si ei compater non est.
Quod tamen in aliquibus locis inhibitum reperitur.

Utrum dolus quo suppositio dicitur coniugium dissoluat.

Audiuimus aliquando quibusdam uxores incognitas
facie desponsantibus alias quas quidam uiles
personas dolo suppositas, uel quidem si assensum suum
postea huic qui dolum passi facto, quod ex intentione
non fecerunt, prebere uoluerint, neququam coniugium ratum
esse debere censemus. Ex intentione enim factum
constat, nec possunt constringi ad exequendum id
quod nec dum intenderunt cum facerent, nec uol
uerunt cum scirent.

Utrum conditio si nesciatur postea coniugium dissoluat.

Querendum et utrum
si qua mulier seruo nupserit liberum
eum existimans, aut liber ancillam duxerit
liberam putans, postea uero fraus detecta fuerit,
coniugium dissolui debeat, et sunt qui hunc dolum altero
grauiorem iudicandum putant. Nam quia non in persona
hic sed in qualitate persone solum erratur, ideo
scientiam matrimonii preiudicare debere censue
runt. Sed fortassis hoc magis ueritati et paci
in qua nos uocauit deus conueniat, ut uel alterius ig
norantia culpabilis non esse ostendatur, alterius dolus
ad lesionem innocentis in eo quod fraude usur
pauit stare non permittatur.

xii. pars de uotis.

De uotis uotum non soluo. Tu
postulasti, et ego quidem quod spopondi sol
uere cogor. Modicum inter frequentes
occupationes furatus otium summatim perstringam,
sed non plane prosecutus sum quod quesisti. Queris de
uotis utrum pari debito et eadem necessita
te astringant promissores suos. Si interroga
tioni tue tantum et non etiam edificationi respon
sum dare uellem, breuiter respondere potuis
sem, quia non unum in uotis omnibus debitum constat. Ve
rum quia te non questione mouisse sed edifica
tionem magis quesisse non dubito, quantum
interim pro tempore possibilitas se suggessit
et ratio, deuotioni tue satisfacere conatus sum.

De v. modis quibus ~~modi~~ mens agenda tractat.

Quinque modi sunt quibus mens humana trac
tare agenda consueuit: cogitatione,
uoluntate, deliberatione, promissione,
et uoto. Aliud est enim cogitare aliquid atque
aliud uelle quod cogitaueris. Nam et cogita
re potes quod non uis uelle, aut non potes non cum
placet id quod cogitaueris. Uerum aliquotiens
contingit ut id quod secundum delectationem pla
cet secundum rationem non placeat, et ut non dum
ipsa ratio adquiescat ad illud faciendum faciat ip
sum quod delectat. Et est quidem in ipsa delecta
tione quasi quedam uoluntas facti, sed in ip
sa ratione nec non dum tamen est propositum fa
ciendi. Si autem secutum fuerit post uolunta
tem et propositum, ut mens in id quod delec
tat assensum confirmet, iam tenetur siue
ad culpam si malum est, siue ad meritum
si bonum est. Hoc autem totum quod cogitatio
nis est et uoluntatis est et propositi est totum
in ipsa est et ad ipsam, siue bonum sit siue
malum, et non tenet non in se, et quantum in se
est tantum tenet. Si uero autem promissio secu
ta fuerit propositum, iam obligari incipit
aduersus alium sponsor et debitor fit
promissionis sue pro ueritate seruanda
ad proximum. Si quidem bonum est quod promisit, de
bitor est quia bonum est et quia promisit. Si autem
malum est quod promisit, debitor non est in eo
quod malum est quod promisit, reus tamen est quia pro
mittere presumpsit quod sine culpa imple
re non potuit. Nouissime sequitur uotum in quo